Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ostendere. idem cum non ipse sibi alios putat esse subiectos. sed se preparat ad alte
ram obedientiam. hoc est enim omnes ducere superiores sibi. Si enim non ad suos usus
uel ad suam utilitatem obedire sibi querit eos qui obediunt. scire debet quomodo
sermo domini unumquemque docet aliis obsequi uel ministrare. Si autem
uideat aliquem mandatum domini preterire. non ira erga eum moueatur. sed mise
ratione et compassione secundum eum qui dicit. Quis infirmatur et ego non infir
mor? Interrogatio. Quis est mansuetus? Responsio. Qui non transfertur 87
a iudiciis suis quibus statuit uel studet deo placere. Interrogatio.
Quomodo quis non uincatur in uoluntate ac libidine ciborum? Responsio. 88
Si statuat expetendum esse non id quod delectat. sed id quod expedit. et quod
usui non uoluntati sufficiat. Interrogatio. Quomodo excedimus 89
uitium mali desiderii? Responsio. Desiderio meliore si magis
ignimur et accendimur ad amorem dei secundum illum qui dixit. eloquium
domini igniuit eum. et iudicia dei uera iustificata in semetipsa. desi
derabilia super aurum et lapidem preciosum multum. et dulciora super mel et
fauum. Semper enim desiderium meliorum si inopes sit. et in re possideat
totos amicos nostros atque eorum que desideramus perfrui contendamus
contempnere nos facit et despicere inferiora. sicut docuerunt nos omnes sancti. quan 90
to magis ea que mala sunt et turpia. Interrogatio.
Que est tristicia secundum deum. et que secundum seculum? Responsio.
Secundum deum est tristicia cum pro mandati negligentia uel preuarica
tione tristamur. secundum quod scriptum est. tristicia tenuit me pro peccatoribus
derelinquentibus legem tuam. Seculi autem tristicia est. cum aliquid de rebus huma
nis uel que ad seculum pertinent tristamur. Interrogatio. 91
Quid est in domino gaudium uel quid facientes gaudere debemus?
Si quod secundum mandatum domini gerimus. uel in gloriam dei agi Responsio
mus. hoc est in domino gaudium. uel cum pro nomine domini aliquid patimur
et gaudemus. uel aliis recte agentibus congratulamur. Interrogatio. 92
Quomodo lugere debemus ut beatitudinem consequamur? Respon[sio]
Cum illa interrogatione in qua exposuimus. que est secundum deum
tristicia. etiam ista interrogatio continetur. id est si pro peccato
lugemus. uel si eos deflemus qui per preuaricationem legis deum exhonorant.
uel propter eos qui perditantur in peccato. quia anima que peccauerit ipsa morietur.
secundum illum qui dicit. et lugebam multos ex his qui ante peccauerunt. et non egerunt
penitentiam. Interrogatio. Si ex toto corde licet ridere an non licet? Responsio. 93
Cum dominus qui nunc rident contempnet manifestum est quia numquam